in conspectu meo mensa adversus eos qui tribulant me. Ne
enim non adversus eos sceru tribulantes adversus nos inflecterent. Mensa
nobis conditoris nostri scriptura est per quam in fide uegetatur confortamur.
Pictura autem etiam quae panis propositionis sustinet doctores quorum uel ope-
ra nobis uel uerba salutaria et exempla uitae proposita semper in diu-
nis praecipimur quisque quibus queat habent. Unde apte idem panes
in exodo xii per quorum ministerium et noui scriptura testa-
menti condita est et instrumenta uitae donantes ecclesiae reue-
lata mysteria. Quorum numerum continent idem apostoli sed et om-
nes sunt designati qui praedicando uerbum pabulum uitae fide-
libus ministrent. Quia omnes utique ipsi eam doctrinae formam
quam apostoli a domino acceperunt sequuntur. Legimus autem de his
panibus in leuitico per singula sabbata commutari debere et nouos pro
ueteribus in mensam domini proponi. Unius quoque mensurae ac similis
farinae semper erant praecepto. Quibus [illegible] omnibus mystice
de interna refectione sanctis luce cla[illegible]mor refulget. Abla-
tis enim ueteribus noui restituuntur [illegible] panes cum ad sumptum de
hac uita aliquibus doctorum fidelium alii eorum loco sancta or-
dinatione ecclesiae. Et hoc non nisi die sabbati. Quia quisque bonum certa-
men certauerit cursum consummauerit fidem seruauerit tem-
pore suae resolutionis requiem beatae perennitatis habebit.
Unius mensurae et non dispares similesque semper fiebant panes. Quia
nimirum una ecclesiae formam ueritatis et fidei quam primo
apostoli suis auditoribus ostenderant. Ac deinde successores
eorum et omnes usque ad finem seculi praedicatores ecclesiae Christi per orbem
praedicare non desinunt. Quod uero in mensibus duodecim legimus quia

fieri precep-
ti sunt unde
hos propria
postolos xii